



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

I. Sæuitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

non est locus plenæ restitutione spolij, nempe, quoad cohabitationem, & copulam; at bene quoad solam habitationem, & alia ministeria inter coniuges mutuò debita præter copulam, nisi vir adeò seuerus sit, ut meritò timeatur extorsio copulæ, nec possit sufficienter caueri hoc damnum data cautione per virum. Tunc enim differenda est restitutio, donec cognoscatur de iustitia exceptionum, *libr. 7^a* *disp. 112. à nn. 6. vsque ad 10.*

12 Quando nulla alia ratio spolij allegatur à coniuge deserente suum coniugem præter spoliati coniugij impotentiam, & triennium experientiæ lapsum, non est cogendus coniux, qui recessit, excommunicatione contra ipsum lata ad coabitandum, quæ coactio fit ratione contractus; tamen triennio lapso iam experientiæ restitutio facienda quoad habitationem, antequam exceptio admittatur, *libr. 7^a* *disp. 112. à nn. 11. vsque ad 14.*

S

Sæuitia.

1 **I**ntratum est coniugi propria autoritate diuertere ob adulterius sæuitiam tantam, vt absque grauis damni periculo non possit cum illo habitare, donec cautio sufficiens præstetur, & quāvis alias restitutio ante omnia facienda sit: excipitur tamen casus in quo coniux diuertens opponit alterius sæuitiam, non solum quoad habitationem, sed etiam

cessiam quoad redditionem debiti, lib. ro. disp.
18. à nū. 1. vsque ad 5.

2 Causa sufficiens diuertendi est tentatio
mortis alterius veneno, vel alia via à quocum-
que coniuge facta. Item quæcumque sæuitia
ineutiens metum viri constantis, ut molesta
cohabitatio, rixæ, & discordiæ. Item quando
vir tres pueros in utero necauit. Item minæ, si
minans solitus est minas exequi. Item verbe-
ratio acris, & correctionis marito concessæ li-
mites excedens, & non semel casu accidens,
sed repetita. Secùs, si leuis ex causa, vel sine ea,
vel si atrox præterita iam casu ex insolito iræ
motu contingens; nec est probabilis timor in
posterum exercendæ. Item non sufficit con-
suetudo extorquendi vi ab uxore debitum
coniugale, libr. 18. disputat. 18. à nūm. 6. vsque
ad 17.

3 Non sola sæuitia præterita est causa suffi-
ciens diuertendi, & præstat causam cautionis
petendæ, sed etiam timor futuræ sæuitiæ, ac
malæ tractationis. Item est causa sufficiens, si
absque sæuitia damnum immineat uxori ex
viri latrocinijs, alijsve delictis. Item, si uxor
est venefica, liberorumque interfictrix, &
deprædans facultates furto notabili. Vel
quando præsumitur tale; ita ut is timor ca-
dat in constantem vitum amittendi faculta-
tes. Item non sola sæuitia viri, sed etiam il-
lius parentum sufficit erga uxorem ad diuer-
tendum, & petendam securitatem, sed desí-
dera

deratur ad hoc diuortium legitima, & verisimilis causa timoris, lib. 10. disp. 18. à num. 19. vsque ad 24.

4 Cautio pignoratitia, vel fideiussoria sufficit, ut coniux probabilitate timens alterius sequitiam, teneatur cum illo habitare. Sufficit etiam solum iuramentum, quando eo præstito, satis consulitur vxoris in columbitati. Item sufficit solum iuramentum, quando vir non habet pignora, nec inuenit fideiussores. Idem dicendum, si vir sit discretus, & vitæ emandatae. Item cautio de non offendenda vxore semper danda, quamuis ipsa det causam sæuitiæ. Tamen hæc cautio non impedit, quin viro liceat moderatè punire vxorem intra limites permisso marito, lib. 10. disput. 18. à num. 40. usque ad 46.

Semen.

1 Semen desideratur ad generationem, & est probabile adfuisse in Virgine Maria absque omni prouersus inordinatione, ut ministraret Conceptioni Christi materiam, ut sic esset vera, & naturalis mater Dei, libr. 2. disputat. 21. num. II.

2 Voluntaria seminis effusio, tam in viro, quam in fœmina extra vas, aut modus congregandi ex quo sequatur, est mortale contra naturam. Item nunquam licet procurare, etiā medijs licitis, seminis emissionem, nec ad preservandam vitam, nec cooperari ad seminis iam è lumbis decisi effusionem, quamuis retentio